095

093

099

089

104

084

144

044

194

muniter moschea, quia ipsi Sarraceni haec sua oratoria muschheas nominant, quos sacri canones nominant mesquitas, et aliquando inveni scriptum meskida pro mesquita, aliquando reperi mameria pro moschea. Hoc enim, quod nos basilicas aut ecclesias vocamus, hoc Sarraceni mesquitas vocant. De Ju. et Sar. Eccles. (?) in ele. . . ubi vide 5to, et invenies multa de sacerdotibus Sarracenorum et de ritibus eorum.

Multitudo ergo tanta moschearum requirit multitudinem sacerdotum, sicut apud nos; ubi multae sunt ecclesiae, ibi sunt multi sacerdotes. Sunt autem moscheae templa, communiter rotunda, testudinata, interius vacua, sine altaribus, sine imaginibus sicut patet Parte 1. fol. 260, cum multis lampadibus in eis pendentibus et de turribus prominentibus et sunt istae moscheae per divites et potentes aedificatae, et cum provisione sacerdotum, pro quibus praebendae et beneficia sunt ordinata et urna lampadum. Sic etiam habent gymnasia ordinata, in quibus leguntur leges quaedam civiles, a regibus conscriptae et lectores beneficiis sunt provisi. Similiter et hospitalia bene provisa habent pro pauperibus et peregrinis; morituri enim hujusmodi ordinant et legant pro sua salute et ut memoria eorum maneat, quod potiorem esse aestimo causam.

Sunt autem inter eos triplices sacerdotes. Aliqui praesunt gymnasiis, et legunt in scholis jura et leges eorum, et quia doctiores sunt, ad regendum populum ordinantur, et vocantur Muderis. Docti vero et non ad regendum apti dicuntur Minetschum. Sunt autem aliqui docti ad hoc, ut pueris legant eosque in Alcorano instruant et hi vocantur Tamsman. Et omnes isti sunt liberi a servitute et oneribus communis populi, non tamen intromittunt se de moscheis.

Ende

Anfang

Secundi sacerdotes inter Sarracenos dicuntur Sancti et non sunt docti nec stabiles, sed evagantur et mira faciunt in naturalibus actibus virtutum. Sanctiores tamen dicuntur Alhages, qui fuerunt ad sepulchrum Machometi in Meccha, qui viso sepulchro statim eruunt sibi oculos, ne post hoc alia videant, ne memoria sepulchri et Mahometi diminuatur. Aestimant etiam, quod res aliae non sunt dignae videri oculis illis, quibus datum est videre sepulchrum Machometi.

Tertii sacerdotes ministri moschearum dicuntur Soqui et Vecten. Soqui sunt quasi plebani, Vecten autem quasi adjutores et capel-

© Stadtbibliothek Ulm, 2010. Signatur: 16 739-4;